

Jacob Burgmann

**Programma Qvo Admirandam Jesu Christi Salvatoris Nostri In Æstimabilis  
Nativitatem Civibus Academicis Religiosè contemplandam ... commendat**

Rostochii: Typis Joh. Weplingi[i], [1717]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003987451>

Druck Freier  Zugang









T. 512.

1717. Weihn.

~~M. 1256.~~ 153.



M. 1717

PROGRAMMA  
 QVO  
 ADMIRANDAM  
**JESU CHRISTI**  
 SALVATORIS NOSTRI  
 INÆSTIMABILIS  
**NATIVITATEM**  
 CIVIBUS ACADEMICIS




*Religiosè contemplandam vivâque Christia-  
 nismi praxi exprimendam commendat*

**M. JACOBUS Burgmann/**

Gr. L. P. P. O. FACULT. SUÆ SENIOR ET h. t. DE-  
 CANUS, ECCLES. NICOLAÏT. PASTOR

IPSIS FERIIS NATALITIIS  
 ANNO MDCCXVII.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC.  
 & ACAD. Typogr.

M. 1256 123





Edit, Cives Academiae longè aestumatis-  
sissimi, redit so-  
lennitas Festi sacra-  
tissimi, repræsen-  
tans atqve sistens  
animis Vestris memoriam No-  
ctis, quâ à primâ mundi origine  
nullus dies exstitit illustrior niti-  
diorqve. Quippe tota cœlesti  
splendens fulgore testis ac con-  
scia fuit augustissimi partus, quem  
intaminatò castitatis flore MA-  
RIA VIRGO edidit, quo IM-  
MANUEL noster genitus est. O  
noctem faustam, & ineffabilis fe-  
licitatis magnitudine humano ge-  
neri memorabilem & veneran-  
dam! Hæc illa est, quæ non de  
uno aut alterò populò, non de la-  
te



tè sparso imperio, de Europa for-  
tè sola vel Asia sed universo qua  
latè patet Orbe, de omnibus quæ  
fluxerunt, & si quæ fortassis se-  
quentur seculis incomparabili  
exemplo benè, optimè & præcel-  
lentissimè merita fuit, Regiam  
prolem, Divinum Infantem, De-  
um hominem JESUM CHRI-  
STUM prima excepit salutavitq;  
PARVULUS NOBIS NATUS  
EST. Scilicet nascitur in terra,  
& Majestatem suam intra tener-  
rimi corporis angustias quasi co-  
arctat, cujus divinæ lucis videre  
splendorem, loquentis audire ful-  
mina & tonitrua, præsentia Vim &  
Numen sustinere nemo mortalium  
poterat. Nascitur in tempore, qui  
ante omnia secula ab æternò geni-  
tus,

bouv

)( 2

tus,



tus ab æterno vixit. Nascitur in op-  
pido Bethlehem, qvi ubiqve est, &  
nullis sepatitur circumscribi ter-  
minis, aut includi limitibus, cujus  
que magnitudinem non capit hic  
Orbis, neqve hunc cingentia æ-  
qvora, nec utrisqve imminens coe-  
lum. Nascitur Deus homo, i. e.  
coelum terræ, terra coelo jungi-  
tur, uniturqve Deitati Humanitas.  
Neqve tamen qvicqvam detra-  
hitur Divinitati, illibata manet Ma-  
jestas, nihil decerpitur humanita-  
ti, integra assumitur. Eundem e-  
nim, qui Deus est, agnoscimus &  
hominem. In uno simul & fan-  
guinem nostrum & Divinam Ma-  
jestatem adoramus. Et ita qvidem  
voluit dignatusqve est nasci Sal-  
vator, non Sui ed nostri causâ, ut  
qvod



quos divinæ violatores Majesta-  
tis primorum parentum ambitio  
& æternis dignum suppliciis coe-  
lo proscriserat, & durâ tristiqve  
perculerat exilio, gratiæ publicæ  
sequester irato Patri reconciliaret,  
coeloqve restitueret. O grande &  
incomprehensibile mysterium! ad  
quod introspicendum oculi hu-  
manæ mentis caligant, & cui ad-  
umbrando delineandoqve facun-  
dissimorum ingenia haud suffici-  
unt, cum & exercitatissimam eo-  
rundem eloquentiam mutam red-  
dat & elingvem; Quod deniqve  
sacri silentii horrore ac venerati-  
one obsignare potius, quam in-  
quirere; admirari quam rimari pi-  
etas jubet. Sic omnia humanâ ra-  
tione superiora non tamen sunt su-



periora fide. Enim verò quicquid  
ambitu suo excelsius non capit mens  
humana, hoc capit & adsequi-  
tur capax omnium fides, & suum  
facit. Ita ergò induit humanam  
naturam DEUS mortali sanguine  
non mortalis, in Parentis alvò nu-  
tritus, tandemq; Bethlemi natus.  
Equidem in aulis Imperatorum &  
magnorum Ducum quoties sobole  
augetur regnatrix Domus quanti  
non illic apparatus fiunt? Quanta  
non Magnificèntia cuncta ador-  
nantur? Thalamum aulæa exor-  
nant. Fasciis ex aurò & purpurâ  
involvitur tenellus pufio. Sternitur  
lectulus e Syndone pluma mollior.  
Neq; procul est Servientiũ multitu-  
do ad hoc conducta, ut manus auxi-  
liatrices præbeant & discant ope-  
ram suam prolixissimè offerre; de  
niqve



niqve nihil intermittitur eorum, quæ ad gloriam fa-  
cere videntur & pompam augendam. Ceterum,  
fluxa hæc sunt & peritura omnia; alium natus no-  
bis puellus JESUS, Rex Regum & Dominus  
Dominantium poscit cultum, alia obsequii  
ministeriiqve exigit studia, quam quæ in honorem  
& reverentiam imperantium sublimior Eorum & in  
excelso collocata fortuna excogitavit. Sordet ILLI  
& spernitur omne id, quod aut ambitio aut luxus  
aut mortalium libido invenit. Non illi palatium,  
quod marmore nitet, quod ebore incrustatur, quod  
peristromatibus superbit, Nativitatis locus est. In  
stabulo nascitur. Non cunas Ejus aurò gemmisqve  
distinctas movent agitantqve famulantium frequentes  
& impigræ manus. In præsepi cubat. Non in Stragulâ  
jacet cocco & adamantibus fulgente. Fœno impositus  
est. Non fasciis regalibus incingitur. Viles Eum panni  
& lacinia tegunt atqve circumdant. Et tamen mox  
præsto sunt immensâ radiantes luce Angeli, cœlestis so-  
lii stipatores. Qui nascenti salvatori Genethiacum  
carmen, divinum & mortalium auribus incognitum,  
melos canunt, qui ovium Pastoribus piæ simplicitatis  
Viris primi omnium Natalem Domini sui annunciant,  
qui hos ipsos ingenti perfusos gaudio, ut propius ad  
præsepe accedant, ut salutis suæ pignus, Orbis deli-  
cias & amores oculis demissè intueantur, voce omni  
humanâ augustiore excitant hymnisqve & plausi-  
bus impellunt. Totus Sydereus Exercitus scin-  
tillantes accendit faces. Oritur in aethere, Solemqve  
suum antecedit novus Phosphorus, Magis Sapientiæ  
Magistris ab ultimis Orientis finibus præiens viam &  
monstrans.




monstrans. Quibus ad præsepe Servatoris JESU velut  
ad sublime Regiæ potentæ solium provolutis, ut &  
Vos, Cives Academiae, immixti & procidentes in genua  
per festum hoc triduum, quod Natali IMMANUELIS  
nostri dulcissimi celebrando Ecclesia dicavit, non simu-  
latam, sed sinceram exseratis pietatem, illudq; in tem-  
plis auribus animisque sacris attentè recitationibus inter  
laudes & grates transigatis, Vestrarum omnino partium  
erit. Quod ut serio fiat, pio veneramini stupore mira-  
cula hæc MANIEESTATI IN CARNE DEI, Vestram-  
que & Generis humani agnoscite felicitatem quoniam  
hoc ipso die supra cælos, supra Angelorum thronum &  
sublimitatem evehcti sumus. Non enim angelos, sed Se-  
men Abrahæ assumpsit SERVATOR noster, Semen ho-  
minis, Semen mulieris, ut contereret caput Serpentis.  
Agite dum igitur, O Cives, & summâ ope nitimini, ut  
memoriam tantorum beneficiorum, quibus majora nun-  
quam vidit Orbis, neque visurus est, venerabundâ de-  
votione colatis & prosequamini, Componite Vitam Ve-  
stram, vestros mores ad eam normam, regulam eam,  
quæ Christianos condecet. Procul sint omnes profanæ  
curæ. Sanctus est Infans, qui natus est, sanctitatem ex-  
igit. Procul luxus, Superbia & ambitio. Vile tuguri-  
um DEI FILIUM, eundemq; pariter cum Patre Majesta-  
tis excipit. Procul diffidia quævis, rixæ, pugnæ. Princeps  
Pacis natus est. Imitamini Angelos Præcentores, cum-  
que his cœleste illud & divinum Carmen non ore solum  
& lingua, sed cordis intimâ veneratione ingeminate;  
**GLORIA IN EXCELSIS DEO, INTERRA PAX,  
HOMINIBUS BONA VOLUNTAS!**

*P. P. Sub Sigillo Reſtoratus, Iſſis Feriis Natæ SERVAT<sup>ORIS</sup>  
TORIS MDCCXVII.*











niqve nihil intermittitur eorum, quæ ad gl  
cere videntur & pompam augendam.  
fluxa hæc sunt & peritura omnia; alium  
bis puellus JESUS, Rex Regum &  
Dominantium poscit cultum, alia  
ministeriiqve exigit studia, quam quæ in  
& reverentiam imperantium sublimior Eo  
excelso collocata fortuna excogitavit. Sc  
& spernitur omne id, quod aut ambitio  
aut mortalium libido invenit. Non illi  
quod marmore nitet, quod ebore incrustat  
peristromatibus superbit, Nativitatis locus e  
stabulo nascitur. Non cunas Ejus aurô g  
distinctas movent agitantqve famulantium  
& impigræ manus. In præsepi cubat. Non in  
jacet cocco & adamantibus fulgente. Fœno  
est. Non fasciis regalibus incingitur. Viles B  
& lacinia tegunt atqve circumdant. Et ta  
præsto sunt immensâ radiantibus luce Angeli, c  
lii stipatores. Qui nascenti salvatori Gene  
carmen, divinum & mortalium auribus inc  
melos canunt, qui ovium Pastoribus piæ si  
Viris primi omnium Natalem Domini sui an  
qui hos ipsos ingenti perfusus gaudio, ut p  
præsepe accedant, ut salutis suæ pignus, C  
cias & amores oculis demissè intueantur, v  
humanâ augustiore excitant hymnisqve  
bus impellunt. Totus Sydereus Exerc  
tillantes accendit faces. Oritur in æthere,  
suum antecedit novus Phosphorus, Magis  
Magistris ab ultimis Orientis finibus præien

